ADHORTATIONES SANCTORUM PATRUM. LEGENDAE SANCTORUM. GREGORIUS MAGNUS. AUGUSTINUS. HIERONYMUS. EXPOSITIO MISSAE U. A.

Anfang 12. Jh. Seite 12v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Saluare uolo animam meam. Illa uero multum resistens. cum desiderium eius impedire non posset. postea permisit. Abiens autem factus est monachus. sub negligencia uitam suam expendens. Contigit autem ut mater illius mo[illegible] reretur. Et post tempus aliquantum ita ipse infirmatus sit. infirmitate magna. Et cum factus fuisset in excessu mentis raptus est ad iudicium. et inuenit matrem suam cum his qui iudicabant. Illa autem ut uidit eum obstipuit et dixit. Quid est hoc fili. Et tu in locum hunc condempnatus es uenire. Vbi sunt sermones tui quos loquebaris dicendo. Volo saluare animam meam. Confusus autem in his que audierat. ipso dolore stupidus factus est. et stabat non habens quid matri sue respondere posset. Iuxta dispensationem autem misericordis dei contigit ut repararet. et euaderet a infirmitate. Et cogitans apud se diuinitus facta huimodi uisitatione. includens se de cetero sedebat et cogitabat de salute sua penitens et plorans de his que egerat sub negligentia prius. Tanta autem ei erat intentio ut